

eam nequit attingere, ut constat ex probatione alterius partis affert. Ad 3. concedimus intellectum ad visionem activè concurrens absolute loquendo sufficere ejus nativam virtutem cum immediato concursu obiecti beatifici omnino indubito. & supernaturalis, hæc enim censetur esse sufficiens illius elevatio ad actum visionis supernaturalem, quare argumentum solum probat, etiam de facto non esse necessarium lumen per modum habitus non tamen probat, quin etiam elevari possit per habitum hoc modo in ratione principii, & quod elevatio hoc modo intellectus connaturalis non concurrat ad visionem, id est, cum majore proportionem actus secundum ad primum.

Ad 4. dicendum ex Scot. 4. d. 49. q. 1. l. C. inter potentiam & obiectum non requiri proportionem geometricam, quæ contentens excedit contentum in aliquo gradu determinato, & finito ita quod excessum aliquando replicatum reddat suum excedens, sed proportionem moventis ad mobile, & tunc negatur minor quod hæc improprio non auferatur per lumen habituale creatum, cuius probatio procedit tantum de proportione primi generis, cum enim per lumen habituale in intellectu receptum transeat intellectus de ordine agentis naturalis ad ordinem agentis supernaturalem, quatenus ille habitus licet non det potentie vitaliter operari tamen dat operari supernaturaliter, huius beneficio luminis, & actus secundus supernaturalis scilicet visio proportionatur actui primo pariter supernaturalis, & obiectum de se supernaturalis sit proportionatum potentie, quæ per lumen facta est quodammodo supernaturalis, ubi notandum est, quod cum dicitur, Deus esse improprio rationatum obiectum nostrum in intellectu, hoc non est intelligendum quoad naturalem inclinationem, quia visio ejus est juxta præpropensionem naturæ intellectualis, sed quoad naturalem attingentiam, quatenus virtus suis cum solo generali Dei concursu non potest eam attingere, ut attingit notitiam aliorum obiectorum, cum Deus non sit obiectum eius naturale motivum, sed liberum; ratione cuius libera motus dicitur obiectum ei improprio naturam quoad attingentiam; quare cum Dei obiectiva presentia non sit in potestate intellectus nudi in sua naturalitate relicta, bene tamen in potestate ipsius statim, ac fuerit per lumen habituale elevatum, bene intelligitur, quomodo per tale lumen illa tollatur improprio; cumque absolute loquendo possit etiam Deus esse immediate manifestare intellectui nudo sine intervenitu eius modi luminis, dicimus tale lumen absolute non esse necessarium, nec etiam regulariter, quia non est certum, quomodo ex his duobus modis se modo manifestaret intellectui creato, quando etiam se manifestaret sine intervenitu talis, non ob id dicitur intellectus visionem attingere in sua naturalitate relicta, sed adhuc dicitur eam attingere, ut elevatus, quia Deus cum eo concurreret concursu omnino supernaturali, ac indubito, cum virtus activa naturalis ad talem actum eliciendum sit forma remota, ac veluti inchoata, quæ ratione dicitur obedientiam non autem proximam & completam. Ad 5. negatur sequela, quia lumen licet sit forma creata, adhuc tamen dici debet forma supernaturalis secundum substantiam, qualis non est visus cæcæ relictus, qui dicitur supernaturalis tantum secundum modum, tum quia lumen dici debet principium supernaturale non autem naturale, quia est indubitem potentie ex dictis modis tandem quia lumen non infunditur, veluti principium totale videlicet visus cæcæ restitutus, sed pariale, cum quo adhuc specialis, & supernaturali concursu concurrerit immediate obiectum beatificum. Ad 6. negatur maior, nam virtus intellectus creati antecedenter ad luminis infusionem dicitur remota, & non proxima, non quia deficit ei aliqua virtus vitaliter agendi in ordine suo, sed quia deficit virtus agendi supernaturaliter, quam acquirat per infusionem luminis, dicitur etiam tunc habere tantum virtutem remotam ad Deum videndum, quia regulariter loquendo deficit lumine deficit quoque presentia Dei obiectiva, non quia sit eius munus facere essentiam presentem in ratione obiecti, nec phy sic principii paliter per modum speciei impressæ, quoniam Concilium in absolute definitivum omnino indiget lumine glorie, elevat ad videndum Deum, ut constat ex ejus verbis citatis n. 104. est igitur contenta definitione Concilii, lumen glorie dari in Beatis non in ordine ad visionem, sed solum ad ornamentum intellectus ut loquitur Baf. cit. dicitur quod potest concedi, ibi esse lumen glorie ad decentiā & ornamentum, sed quod nihil facit ad actum; si autem non datur in ordine ad visionem, iam non datur ad elevandum intellectum ad videndum, quod directe est contra Concilium; Mait. loc. cit. videtur, non ignorare definitionem Viennensis Concilii, & quasi huic objectioni occurrerit inquit, Dico, quod de facto lumen creati ponitur, licet hoc non sit necessarium, nec ad hoc etiam Ecclesie, determinatio cogit, sed solum cogit Ecclesie ad ponendum lumen creatum, quia dicitur errant, quod anima non indiget lumine ad perfectè Deum fruendum, & intendendum. Hæc tamen responsio non sufficit, quia licet Concilium revera non determinat loquatur de lumine habituali, determinat tamen loquatur de lumine creato, sive hoc sit habituale, sive actuale, & ait

119 Ad ultimum, Scot. vera 4. d. 49. q. 1. probat tantum inter, dici lumen non esse necessarium ex parte obiecti beatifici, nam ex hoc capit potius esse necessaria species impressa, quam lumen, & tamen illa communiter non admittitur, quia tamen in probatione illius maioris additur esse necessarium speciem in anima, sed non est tantum propter hoc, quod obiectum sit præsens anima, sed ut actus sit in potestate operantis, ait Vulpes d. 23. art. 6. n. 12. in fine lumen requirit propter obiectum, sed non ob aliquam eius defectum, quasi non sit de se actu intelligibile, aut sit absens ab intellectu, quo sensu negant Doct. esse necessarium ex

parte obiecti) sed ob ejus super potentiam excessum, quatenus non est naturaliter motivum creati intellectus, id est, quæ non est illi connaturalis obiectiva sua presentia, & per lumen fit de facto in ipsius potestate, ut attingat in se ipso visionem beatam; quam activitatem faciendum Deum presentem intellectui beato tribuit hic Author luminis, non quidem in genere physico, sic enim habere rationem speciei impressæ, quod ipse quoque, negat sed in genere moris, ac veluti ex pacto, quod fecit Deus, ut statim ac intellectus fuerit lumine percussus, sit de illi manifestet Deus in ratione obiecti beatifici. Hic dicendi modus quæ seq. resurabitur; nunc dico, quod cum actus intuitivus natura sua requirat obiecti presentiam immediatam, nunquæ esse posse in potestate cognoscens completæ, sed etiam esse in potestate obiecti realiter applicans se, si ad talem applicationem fuerit liberum, & sue potestatis, cum igitur ita in proposito se se applicet obiectum beatificum intellectui creato, liberè que mediante voluntate se ipsum determinet ad movendum per manenter creatum intellectum ad visionem beatam, non debeat ex visio esse completæ in potestate cognoscens, ut Vulpes contendit, sed præcipue in potestate obiecti, quæ doctrina confirmat est Scot. quol. 14. s. hic intelligendum, ubi dicit, intellectus creatum ad beatam visionem non moveri per speciem, quod intellectus ab obiecto beatifico moveatur liberè, & non naturaliter, motio autem obiecti, ut habeatis esse in sua specie sit naturalis, quoniam species naturaliter agit, non liberè, quia ratione videtur etiam excludere lumen, adeo quod nec ipso mediante in genere motus intellectus movetur, sed omnino immediate per suam voluntatem, quia obiectum beatificum in se ipso liberè & permanenter applicatur, & beata visio non debet esse completæ in potestate vidents, sed magis in potestate obiecti, sed de hoc infra n. 136.

QUESTIO QUARTA.

Ad quid lumen glorie Beatis deserviat, ubi de muneribus ejus.

ARTICULUS PRIMUS.

Tres modi dicendi reiecit.

120 Procedit questio ex suppositione iam facta sententiæ eorum, quod de facto datur in Beatis lumen glorie per modum habitus infusi antecedenter ad productionem visionis, & quod intellectus activè concurrat ad eam; ex cuius questionis resolutione adhuc clarior constat, quod questio præcedere dixerimus, nullam posse assignari rationem convincentem pro necessitate luminis habitualis etiam de facto, & ratio est, quia licet major Theologorum pars conveniat in hoc, quod lumen habituale datur de facto in Beatis, maxime tamen discrepant in explicando ejus munere, ad quod sit necessarium, quorum placita in hac questione sigillatim sunt examinanda.

Primus dicendi modus est asserendum, hunc habitum solum in Beatis constitui ad decorem, & ornamentum intellectus, qui tribuitur Maitonio 4. d. 12. q. 2. in fine, & Bifollio 3. d. 14. q. 1. art. 1. sic ergo, quorum fundamentum aliud non est, nisi quis non est aliqua ratio cogens ad illud ponendum, neque etiam aliqua Ecclesie determinatio, ut ait Maiton. loc. cit. quare si de facto datur, ut communis fere opinio, potius ponitur ad ornam animæ, quam ut re vera necessarium ad aliquid minus obsequandum. Hæc opinio communiter reiecit, & præsertim à Scoto 4. d. 49. q. 1. s. hoc sequitur corollarium ubi ait, quod non potest poni aliqua forma in Beato solum ad decorem, & pulchritudine, & que non ordinatur ad actionem; & Lufianus l. 9. q. 1. c. 1. cenf. eam post definitionem Concilii Viennensis esse formaliter hereticam, si absolute intelligitur, quoniam Concilium absolute definitivum omnino indiget lumine glorie, elevat ad videndum Deum, ut constat ex ejus verbis citatis n. 104. est igitur contenta definitione Concilii, lumen glorie dari in Beatis non in ordine ad visionem, sed solum ad ornamentum intellectus ut loquitur Baf. cit. dicitur quod potest concedi, ibi esse lumen glorie ad decentiā & ornamentum, sed quod nihil facit ad actum; si autem non datur in ordine ad visionem, iam non datur ad elevandum intellectum ad videndum, quod directe est contra Concilium; Mait. loc. cit. videtur, non ignorare definitionem Viennensis Concilii, & quasi huic objectioni occurrerit inquit, Dico, quod de facto lumen creati ponitur, licet hoc non sit necessarium, nec ad hoc etiam Ecclesie, determinatio cogit, sed solum cogit Ecclesie ad ponendum lumen creatum, quia dicitur errant, quod anima non indiget lumine ad perfectè Deum fruendum, & intendendum. Hæc tamen responsio non sufficit, quia licet Concilium revera non determinat loquatur de lumine habituali, determinat tamen loquatur de lumine creato, sive hoc sit habituale, sive actuale, & ait

ait, hoc esse necessarium ad videndum lumen increatum; & planè si explicemus Concilium de lumine tantum increato, tunc sensus definitio ejus est omnino frivolus, ac nullius momentis; Tùm quia esse necessarium lumen creatum ad videndum increatum, manifestè indicat quod, verba Pl. 34. in lumine tuo videbimus lumen; ubi expressè duo lumina distinguuntur, alterum creatum, alterum increatum; Tùm quia illi lumen increatum præter generalem concursum nihil peculiare facit in intellectu, nequidam illi habitum, neque peculiare auxilium; ergo non elevat, ut docet Concilium, quia elevare significat specialè concursu cum intellectu concurrerit verò aliquid peculiare facit in intellectu creato habituale, vel actuale, hoc potius dicitur esse lumen glorie ad videndum Deum necessarium, non autem ipse Deus. Itaque si præfati Auctores concedant necessitatem luminis actualis, & lumen habituale solum admittant ad ornam, non errant, quia non est hæres negare necessitatem luminis habitualis, ut constat ex dictis quæ, præc. cit. definitionem illius Concilii, valde tamen improbable esse, illum habitum admittere absque aliqua causa salutare respectu visionis beatificæ.

121 Secundus dicendi modus docet, lumen glorie deservire ad recipiendum visionem, qui tribuitur Ricard. 4. d. 49. art. 3. qu. 1. Marfilio 3. q. 10. art. 2. Cajet. p. 1. q. 12. art. 5. & alii Thomistis, quorum aliqui ita explicant, ut ipsum lumen sit proximum, & immediate subiectum, in quo visio recipiatur, alii quod sit prævia dispositio in genere materialis cause, ut in ipso intellectu recipiatur, ita quod sit ratio recipiendi, non autem subiectum recipiens; vel denique ut conjunctum ex atropoe, scilicet ex intellectu, & lumine sit adequatum visionis receptivum, quod probable putant Suarez lib. 2. de attributis cap. 5. Hæcque dist. 43. cap. 3. & alii. Fundamentum esse videtur, quia intelligere ex se de anima non tantum est producere intellectionem, sed etiam pati, seu eam recipere; cum ergo decernit Concil. lumen glorie necessarium esse ad videndum Deum, non tantum intelligendum est de elevatione activa agendum, sed etiam de passiva ad recipiendum. Consi. quia visio est forma supernaturalis; igitur ad eam suscipiendam aliqua ejusdem ordinis requiritur dispositio; consequentia patet, quia sicut naturales forme alia ejusdem ordinis indigent dispositione, ut in idoneo recipiatur subiecto, ut in ignis calore, sic etiam supernaturalis forma supernaturalem postulat dispositionem, ut aptè intellectui inexistat.

122 Hæc etiā opinio patim reiecit, & præsertim à nostris loc. cit. & breviter impugnari potest, sigillatim reiciendo illos tres modos, quibus explicari solet; non enim modo potest poni lumen dispositio materialis, quasi sit proximum, & totale receptivum visionis, sicut enim intellectus potest immediate subiecti habitui, ita & actui, nec est major ratio de uno, quam de alio; Tùm quia intellectus est actus vitalis, & natura sua immansibilis, & potentie vitali; ergo cum lumen sit vitale, nequit esse subiectum idoneum visionis vitalis; Tùm quia hinc sequeretur, lumen glorie, si conservaretur separatim extrà subiectum, posset visionem beatam recipere in se immediate, ac sustentare, sicut virtutes, quia necdum est pura dispositio, vel conditio substantiæ ad recipiendum, sed etiam ratio recipiendi immediate, & sustentate colore, ut patet in Eucharistia; atque ita etiam de facto ipsum lumen glorie primo, & per se dicitur beatum, ut primum, & per se immediate visionis receptivum, intellectus autem per accidens tantum, mediata, & secundario, sicut quantitas per se primo dicitur colorata, substantia verò materialis mediata tantum, & per accidens, quod quidem fuit argumentum Doctores 3. d. 14. q. 2. s. in prima questione. Tùm tandem, quia ut arguit idem 4. d. 49. q. 1. s. respondeo ergo, unumquodque receptivum immediatius respicit actum principalem, quam minus principalem, ut materia prima in ratione subiecti immediatius respicit formam substantialem, quam accidentalem, quatenus eam non recipit mediante illa, tanquam proximo receptivo, sed tanquam dispositione, & prævia conditio subiecti recipiens; principalior autem forma intellectus est visio, quàm lumen; ergo, &c. Neque etiam alio modo defendi potest, lumen deservire ad recipiendum, quasi fit subiectum præiale visionis cum intellectu, & illud totum conjunctum esse beatum, quia ut arguit Doctor loc. cit. in 3. d. 14. non potest una forma immediate recipi in duobus subiectis realiter distinctis, sed unus actus per se est una potentia per se, cuius ratio ad ducta fuit dist. 7. Phys. l. 1. nu. 13. ubi dicimus, nullum accidens subiectari in composito sine atropoe, scilicet sumpto, id est, pro materia, & forma, quia tunc, vel idem accidens esset in materia, & forma secundum eandem sui partem, vel secundum diversam; si primum jam id numero accidens esset in duobus subiectis, si per se diversis, si secundum, jam illa pars accidentis, quæ est in materia, non sustentatur à forma, sed à sola materia; atque ita non totum conjunctum ex illis erit subiectum illius accidentis, ut

sed unaquæque pars erit subiectum unius partis accidentis, atque idem ibi dicebamus, compositum substantiale esse subiectum accidentium, cathegoricè sumptum, nè per tertia emittit quia una forma non potest recipi in pluribus subiectis realiter distinctis. Dices, ut Suarez, visio beata est actio immanens, & vitalis; ergo postulat recipi in principio illius proximo, & totali, hoc autem est constitutum ex intellectu, & lumine. Concesso antecedente negatur consequentia, quia non semper valet paritas de principio activo, & subiecto receptivo, non enim tantum unitatem exigit in forma efficiente, quantà in subiecto recipiente, nam una forma simplex unum tantum subiectum informat potest, nec potest connaturaliter esse in pluribus subiectis realiter distinctis, at in causa efficiente inrerum sufficit sola unitas ordinis, ut docet Scotus d. 3. q. 7. N. sic in nobis intellectio parit ab intellectu specie obiecti secundam, & tamé non dicitur recipi in specie, tanquam in partem subiecto; & ut dicatur actio immanens, sufficit, quod maneat in principio, à quo vitaliter producitur, sic autem non produciatur neque à quo, neque ab habitu. Hoc eodem fundamento etiam Tertianus opus. 2. de lumine glorie dist. 1. dab. 6. n. 6. respicit modum philosophandum à Suarez, & inquit, hoc dicitur oriri ex diversa natura, & diverso modo causandi cause efficientis, & cause materialis.

123 Tandem neque alio modo frequentiori defendi potest, quod lumen in beatis deservit ad recipiendum in ratione simplicis dispositionis, & preparationis, quatenus per lumen potentia disponatur, ac veluti preparatur ad receptionem visionis, quemadmodum per calorem dicimus disponi aliquid subiectum ad formam ignis recipiendam; quod quidem modo hæc opinio defenditur à pluribus Thom. Cajet. cit. ubi Bannez, Zumel, Ledesma, Cabre, Navaret, Lorea, Albeda, Ferraz, & cõtra gentes cap. 54. Cap. & Scoto 4. d. 49. q. 2. art. 4. Neque, inquam, hoc tertio modo defendi potest, quia ut arguit Doctor 9. t. prol. Z. quia etiam ratione utitur Arriaga disp. 7. sect. 4. s. visio, quia est ordinis supernaturalis, peti, ut prævia dispositio, lumen glorie, quod lumen quoque ipsum sit supernaturalis, petet aliam dispositionem, & tunc de ista quæro an sit ordinis naturalis, vel supernaturalis? s. primum, ergo subiectum esse cum ipsa improprio naturam erit respectu luminis, ac sine ipsa; si secundum, ergo dari debet alia dispositio eiusdem ordinis, quod subiectum reddatur potè ad illam formam, & sic processus erit in infinitum; Quod à ad videndum hunc dicam, ipsum lumen glorie, licet supernaturalis, posse tamen immediate in anima recipi prævia dispositione, præstat hoc ipsum dicere de visione beata, quod immediate recipitur in anima de se inclinata, & proportio nata ad eam recipiendam, non enim potest esse aliqua forma supernaturalis, si supernaturalis forme, ut sic, præ requireret semper aliam dispositionem supernaturalem. Dices, eatenus intellectum ad visionem Dei debere disponi, quatenus ipsum esse est naturale, & potentia receptiva oportet, ut sit supernaturalis. Contra, quia intellectus visionem recipit in sua entitate immediate, siquidem est eius subiectum immediate, ut modo dictum est, quod recipit eam ut naturale est; & ratio est, quia inquit Doctor quest. 1. prolog. s. ad questionem, quia forma in comparatione ad subiectum in quo recipitur, si ei non repugnat, sed conveniens est, dicitur naturalis, non autem supernaturalis, dicitur vero supernaturalis, quatenus subiectum eam perfectionem sibi comparare non potest virtus alicujus agentis naturalis. Dices, sicut lumen vim supernaturalem præstat intellectui ad efficiendam visionem, ergo pariter ad recipiendam. Negatur paritas, quia ut notat Arriaga loc. cit. magna est distantia inter effectiorem, & receptionem, ratio itaque, cur ad efficiendum effectum supernaturalem requiratur com principium supernaturale, non verò ad recipiendum prævia dispositio, supernaturale, est, quia cum nulla causa det effectum, esse, quod non habet, cum visio sit supernaturalis, & vim supernaturalem ex se intellectu intrinsecè non habeat, debet esse sibi comparate per conjunctionem cum aliqua causa supernaturali, & superioris ordinis eam elevante ad illius effectus productionem, ceterum ad recipiendum, ut sic, nullus est in effectum influxus, ut patet in corpore animam rationem recipiente.

124 Constat, quia ut inquit Doct. 3. d. 14. q. 2. B. verific. itaque potest dici, habitus non disponit potentiam ad recipiendum actum, imò actus est natus prius recipi, quàm habitus, unde in supernaturalibus etiam in aliquo casu habemus, actum potentis prærequirit, tanquam dispositio, ad habitum, ut contingit in justificatione impli extrà sacramentum, cum per actus precedentes fidei, spei, & charitatis, virtute specialis auxilii elicitus disponitur ad similes habitus recipiendos, licet non tanquæ per dispositiones phisicas ex natura rei, sed morales ex institutio divina, in naturalibus verò semper actus primo efficitur, & recipitur sine ullo habitu, ac prout ante habitum recipitur in potentia cum omni connaturalitate debita vitæ nature, ergo habitus non est naturalis dispositio ad actum vitalem in genere suo, & argue idem lumen minime requiritur, ut dispositio

naturalis ad visionem Dei, nec quatenus actum supernaturalem, ut iam ostendit, nec quatenus actum secundum vitalem, ut hanc ipsa confirmatio probat. Dices, facte divina institutione lumen esse dispositionem ad recipiendam visionem, sicut dicitur de actibus fidei, spei, & charitatis, quod ex divina institutione requirunt, ut precedentes dispositiones ad similes habitus. Respondetur, hoc in hac parte potius deduci debere, actum visionem esse dispositionem ad habitum, quam e contra, atque ideo visionem precedere lumen; neganda est itaque consequentia, quia in lumine non constat de hac institutione, & cum omni sua connaturalitate potest visio in intellectu recipi ante quemcumque luminis habitum; est tamen in argumento disparitas ex omni capite, nam actus fidei, spei, & charitatis ad iustificacionem impellit disponentes sunt liberi, & meritorii habitum; meritum autem debet precedere premium; at nec lumen potest habere rationem meriti respectu visionis, ut patet, nec visio respectu luminis, quia est necessaria nec est meritoria, sed ultimum premium omnium meritorum.

Ad fundamentum in oppositum facile occurrit, primo enim falsum est, intelligere esse formaliter agere, vel pati, ut constat ex disp. 6. de anima q. 3. est enim formaliter operari agere verò, & pati non nisi presuppositivè ex Scoto p. d. 3. q. 7. Y. & CC. Deinde falsum est, Conc. definire, habitum luminis esse necessarium ad videndum Deum, sed solum desinit, aliquod lumen glorie esse necessarium, non explicans, an hoc fit habituale, vel actuale, ut dicitur est; tandem utroque concesso adhuc nihil conclusivè, nam est, intelligere dicitur formaliter, producere intellectionem, eamque recipi in principio, intellectionem efficientem, non tamen ex hoc inferri, quod recipi debeat in quocunque principio, eam efficientem, sed tantum in principio vitali, nam intellectus non recipitur in specie intelligibili, vel habitu, ut quo producitur, sed tantum in intellectu, & idem est pariter in actibus voluntatis respectu vite potentie, & habitus cum ea concurrentis. Ad Conf. negatur consequentia cum eius probatione, nam præviæ dispositiones naturales ad formam substantialem, non præcedit in subiecto in genere cause materiali, scilicet materiam excolendo, & preparando, veluti rationes recipiendæ, quasi sine his materia foret inepta in subiectum forme introductæ, nam ipsa de se est proportio nata ad formam substantialem recipiendam, nec reddiatur proportio nata per accidentalem, & cum est nulla, eo ipso est proximè disposita ad hanc, vel illam formam iuxta conditionem agentis, cuius actioni subest, quare dispositiones præviæ concurrunt potius in genere cause efficientis, ut dicitur 4. d. 1. q. 5. ut oportet instrumenta, quibus utitur agens ad expellendam formam, & dispositiones contrarias eo modo, quo declaravimus disp. 5. Ph. q. 3. art. 1. ex eodem Scoto 4. d. 12. q. 3. unde cum intellectus creatus nullas habeat dispositiones contrarias, quibus impediatur, non visionem recipiat, & cum potius ad eam ordinatur, ac propensionem habeat, vel naturalè vel saltem obediens, nulla est necessitas talis dispositionis præcedentis, sicut est in formis naturalibus. Dices inter formas naturales substantiales, & accidentales talis interdum reperitur, ordo, ut una necessarii alia supponat, tanquam eius dispositionem in eodem in genere efficientis cause, sed etiam materialis, & talis est forma corporeitatis in ordine ad animam ex Scot. 4. d. p. q. 5. E. & de accidentibus patet de quantitate, & qualitate, nam quantitas precedit qualitate, etiam in ratione subiecti, proximè receptivi, quo mediante inheret substantiæ; ergo inter formas supernaturales consimilis quoque ordo poterit assignari. Negatur consequentia præsertim in proposito de lumine, & visionis, quia lumen nequit esse visionis in immediato subiecto, nec totale, nec parziale, quia tunc etiam potentia non viviva, & non vitalis fieri debet formaliter videns, & beata.

Tertius dicitur modus est aliorum, ad huc luminis tribuendum causalitatem dispositivam, ad genus cause materiali reducibile, quatenus sentiuntur lumen glorie, quævis necessarium non fit in intellectu beato ad recipiendam Dei visionem, ad huc tamen necessarium esse ad unionem formalem essentia divine instat species intelligibiles cum intellectu, ut intellectus dicatur fieri ipsi intelligibile, & recipere essentiam divinam loco speciei, putant enim, essentiam divinam partiali modo ad beatam visionem concurrere per modum speciei intelligibilis, pro quo citatur. S. Thom. p. 1. q. 12. ar. 5. & 4. contra gentes cap. 53. argumento 12. & sequuntur recentiores Thomistæ cum Capreolo 4. disp. 49. q. 4. ar. cit. 1. & 3. Cajet. ar. cit. & Luffitanus latè 1. q. q. 5. art. 3. & 4. fundamentum est, quia quod elevatur ad formam, quæ est supra naturam, debet elevari per dispositionem supra naturam, sed intellectus elevatur ad unionem cum essentia divina; ergo per dispositionem, quæ sit supra naturam.

Sed & hæc etiam opinio passim refellitur, tum ab Antiquis, tum à Recentioribus, Suar ex lib. de attributibus negativis cap. 15. & 16. Vasquez disp. 43. cap. 4. & 5. Amic. disp. 9. sect. 9. Fasol. ar. 5. dub. 3. Salas in p. 2. to. 1. tract. 2. disp. 5. sect. 3. eamque ex nostris præcipuè reicit Bassolius 4. distin. 49. q. 5. ar. 1. ad p. & Smi-

lingh. tract. 2. disp. 6. q. 4. n. 89. quoniam in primis gratis assumitur à Thomistis, essentiam divinam habere rationem speciei intelligibilis, cum enim ipsa immediate concurrat, ut volens, in ratione obiecti, frustra ponitur concurrere tanquam species sui ipsius, nam ut dicitur est in lib. de Anima, quando obiectum in cognitione intuitiva immediate concurrat, non indiget specie, & quando indigeret specie, nequit indigere specie sui, & que sit ipsum obiectum, siquidem in tali casu non esset species vicaria obiecti, sed potius obiectum vicarium speciei intelligibilis. Tum quia quævis sit necessaria unio obiectiva essentia cum intellectu ad habendam visionem beatam, quæ se intellectu faciat presentem per modum proxime ac intime assistentis, gratis tamen omnino fingitur, hæc unio enim esse formalis, adeo quod essentia fiat præsens intellectui per modum forme informantis, quoniam, ut ait Bassolius, essentia divina non est forma intellectui inherens, sed illi solum assistit, & ad noticiam præsertim intuitivam, qualis est visio beata, non requiritur, quod obiectum informet potentiam, & fiat unum ex obiecto, & potentia, sicut ex materia, & forma, vel potentia, & actu informanti, licet ad noticiam abstractivam requiratur, quod similitudo obiecti informet intellectum; quare inter essentiam divinam, & intellectum beati non est aliqua unio realis, & physica, sed sola unitas ordinis ad constituendum, & integrandum unam totalem principium effectivum visionis, qualis univèrsaliter est unio inter obiectum, & potentiam requirita ex Scoto p. d. 3. q. 7. N. quæ unio nihil aliud postulat in proposito ex parte Dei, nisi intimam ejus præsentiam cum potentia, sic quod coagere possit ad communem effectum. Tum tandem, quia licet vera inrecederet, & realis unio inter intellectum creatum, & essentiam divinam, tanquam speciem intelligibilem, falsum adhuc esset, eam unio exigeret peculiarem dispositionem in intellectu, quia ut mox arguebamus contra præcedentem dicendum, modum, si forma supernaturalis requireret formam supernaturalem pro dispositione prævia, daretur processus in infinitum; & ex ratione per se forme supernaturalis satis constat non requiri præviam dispositionem habitualem, ut patet cum parvulo infunduntur habitus supernaturales in baptismo.

Ad fundamentum in oppositum negatur absolute major, tum quia daretur processus in infinitum; tum quia inter formas accidentales, etiam supernaturales non est semper necessarius talis ordo; tum tandem quia essentia divina non est vera forma respectu intellectus; Deinde, etiam si concedatur maior, adhuc debet negari minor, quod intellectus elevetur ad unionem formalem cum essentia divina, cum elevetur dicitur ad unionem obiectivam, quæ elevatio fit in genere cause efficientis, non autem materiali. Dices, per hoc habetur notitia, alicujus obiecti, quod obiectum unitur potentie sic, quod fit unum aliquo modo ex ipsis, tanquam ex actu, & potentia, vel quasi ex materia, & forma; sed essentia divina non potest uniti intellectui, nisi disposito per formam supernaturalem; ergo, &c. Negatur maior, quia ut dicitur est in lib. de anima inter obiectum, & potentiam præsertim in noticia intuitiva non est aliqua unio realis, & formalis, sed est solum subordinatio duarum causarum ad eundem effectum concurrentium, scilicet ad actum cognitionis ex Scoto citat. 1. d. 3. q. 7. N. & negatur etiam minor, si intelligatur de unione formalis, non enim sic unitur essentia intellectui beato, sed tantum unione obiectiva, quæ fit per intimam præsentiam, & assistentiam, ad quæ sufficit ex parte intellectus dispositio in genere cause efficientis; vide Bassolium loc. citat. Sed adhuc urgens, quia Beati Deum inveniunt connaturaliter; ergo de facto habent principium inherens, quo connaturalis fit eorum intellectibus unio divina essentia instat species impressa. Respondetur concesso antecedente negando consequentiam, quia species impressa, quatenus inheret intellectui, minimè est necessaria, imò profus incepta ad efficiendam noticiam intuitivam, qualis est beatifica visio; & quamvis ad noticiam abstractivam ponatur necessaria, adhuc etiam ei accidit inherere intellectui, quatenus est principium coefficientis intellectionem obiecti; si enim per Dei potentiam intimè intellectui assisteret absque in hæsiōe per modum alterius cause partialis, ad huc sufficeret coagere posset intellectus ad cognitionem obiecti; quare de facto ei convenit intellectui inherere, quatenus accidens est; ita Scot. cit. de quo vide dicta superius num. 44.

ARTICULUS SECUNDUS.

An lumen sit species impressa, ubi alii duo modi dicendi reselluntur.

Quartus dicitur modus asserit, lumen glorie in Beatis exercere munus solius speciei intelligibilis, suppondo concursu obiecti; ita Vasquez p. 1. disp. 30. & 43. Turrian. opusc. 1. dub. 9. quod

quod satis probabile censet Smiung. tract. 4. disp. 6. quæst. 4. u. 6. Gallus 3. d. 14. quæst. 1. præjud. 2. disp. 1. sect. 4. & prius Tat. 2. d. 14. quæst. 1. q. 9. 7. & super Ovièd. de Beatiud. tract. 1. controver. 8. punct. 5. Alii verò admitterent cum Vasq. speciem impressam posse cum intellectu coefficientem noticiam, non tantum abstractivam, sed etiam intuitivam, dicitur, quod licet probabile sit, lumen intrinseccè intellectui inherens esse speciem, negatur tamen habere rationem solam speciei, ita quod nullum aliud munus habeat, quam unire obiectum potentia, & supplere vicem obiecti in agendo, tanquam similitudo eius, quia, cum intellectu sit naturalis ordinis, est improportionatus ad videndum ipsum Deum, ac proinde ex parte sua quoque indiget lumine per modum habitus elevantis ipsum ad beatam visionem, ita Fasol. p. 1. quæst. 12. ar. 2. duob. 2. Ponc. in suo cursu Theol. disp. 4. num. 17. & alii Recentiores. Fundamentum est, quia lumen complet efficaciter intellectus, ut visionem eliciat; ergo lumen repræsentat Deum habitualiter; ergo est species impressa Dei; prima consequentia; probatur, quia ideo aliqua qualitas potest dici habitualiter repræsentativa Dei, quoniam est principium visionis illius, que est formalis, & expressa similitudo Dei; ergo cum lumen fit principium visionis Dei, erit species impressa; ultima consequentia probatur, quia species impressa nihil aliud est quæ habituale lumen repræsentativum Dei.

Hæc tamen sententia passim reicitur, etiam ab illis Auditoribus qui speciem impressam admittunt, cognitionis quoque intuitivæ esse esse principium, & non tantum abstractivæ, eamque pluribus impugnant Suar. p. 1. lib. 2. cap. 15. Salas par. 7. art. 1. Amicus disp. 9. sect. 9. Arriag. disp. 7. sect. 4. & alii quamplures, verum est tamen, quod Turrian. advertit loc. citat. omnes fere rationes quibus præfati Auditores habent opinionem liberatè ab eadem contendunt, facillè solvi posse, præsertim iuxta eorum principia, qui speciem intuitivam admittunt divine essentia, jam dato hoc principio efficaciter ostendi nequit, quod lumen glorie non sit ipsa species impressa divine essentia, quæ unit obiectum potentia, & supplet vicem obiecti in agendo, tanquam similitudo ipsius. Et quidem in primis, quod inquit Thomistæ, non esse possibilem, speciem impressam divine essentia, fuscè impugnantur in communi ut loquuntur lumen non appellari, levioris est momenti, nam bene respondet Vasq. dici posse lumen quatenus est manifestativa obiecti, & est causa cognitionis, que dicitur lumen. Quod etiam urgent alii, speciem non posse supplere defectum, quem intellectus habet ad Deum clarè videntem, quia species fit tenet ex parte obiecti, etiam facile solvitur si dicitur, speciem illam supernaturalem, ita se tenere ex parte obiecti, ut dicitur creatus intellectus, per talem speciem elevari ad beatam visionem, in tantum enim species naturalium obiectorum non debentur elevare potentiam, quatenus sunt ei connaturaliter debita, & intellectus ex sui naturalibus viciibus habet, ut cum solò concursu generalis Dei possit eas acquirere ex naturali motione obiectorum. Ex quo etiam frivolam apparet, quod alii obiectum, si lumen est species, tam potens esset intellectus respectu obiecti supernaturalis absque ulla elevatione, sicut respectu obiecti naturalis, hoc enim minimè sequitur ob rationem mox insinuatam, quia intellectus per speciem obiecti naturalis non dicitur elevari ad eius cognitionem, quia talem speciem per naturalem, & debitum concursum illius obiecti cum solò concursu generali Dei acquirere potest; diceretur tamen, per speciem divine essentia ad Dei visionem elevari, quia virtus propria, & virtute cuiusque creati obiecti, vel naturaliter moventis eam fit comparare non potest quod arguit declaratum est supra n. 104. & 108. Nec tandem valet quod dicitur alii, insufficientiam, que est ex intellectu ad supernaturalem actum per concursum speciem ex parte obiecti, supplet non posse, hoc enim constat, esse falsum ex ibi dicitur, & amplius constat ex dicens quæst. seq. His itaque, & aliis consimilibus rationibus dimissis, parum est facibus, refutatione est hæc opinio, quod lumen glorie gerat munus speciei impressæ esse dicitur. I. art. 3. ubi ostensum est, non solum de facto nullam concurrere speciem ad visionem beatam efficiendam, quia univèrsaliter species superflua, ubi obiectum ipsum est præsens in propria essentia, sicut evenit in quacunque noticia intuitiva, qualis est beata visio, per quam videbimus Deum sicuti est, & facie ad faciem, sed neque etiam concurrere posse eo quia species intelligibilis esse nequit principium sufficientis cum intellectu cognitionis intuitivæ, sed abstractivæ tantum ut dicitur est d. 6. de Anima q. 4. art. 2. hoc enim semel supposito principio supra probato à n. 37. satis constat, lumen glorie munus speciei impressæ subire non posse, & hæc præcipuè ratio

Mastri in sent. Tom. I.

ne probat quoque Bassolius 3. d. 14. q. 1. art. 1. quod species impressa non solum de facto requiritur ad actum visionis beatificæ, sed impossibile etiam esse, quod ponatur, sicut etiam ad hoc ratio tacta num. 119.

Ad fundamentum in oppositum distinguendum est antecedens, si enim ita intelligatur, lumen glorie completere efficaciter intellectus, ut eliciat visionem, quasi determinat potentiam repræsentandam, ut similitudo quædam obiecti, negatur; si verò ita intelligatur, quod compleat efficaciter eum, quatenus constituit eam in esse agentis supernaturalis, & ut in ordine suo, id est, quantum est ex parte potentia, sit in actu primo proportionatus ad eliciendum actum supernaturalem, & sic procedit antecedens, quia ut ait Doctor 4. d. 49. qua 1. ad penultimate, intellectus, qui creatus habet tantum virtutem remotam ad eliciendam beatam visionem, atque ideo indiget complemento supernaturali, eum elevante ex parte potentia, sed tunc negatur utraque consequentia, quia tale complementum non fit repræsentandam obiectum, aut assertorem virtualiter obiectum, & sustinendo ejus vices, quo pacto species dicitur completere potentiam, supplendo defectum obiecti, sed fit elevando potentiam ad statum agentis supernaturalis, & addendo, ac quodammodo perficiendo vires potentia, non quidem ei tribuendo activitatem aliquam vitalem in ordine suo, eum eam ex se habeat, sed eam constituendo ut diximus in esse agentis supernaturalis. Sed instat Vasquez, cit. cap. 4. in fine, virtus, quam intellectus habet ad videndum Deum, non est instrumentalis, sed principalis, ac prinde non eget virtute superaddita, que illum perficiat, & compleat in ratione potentia, cum illa virtute superaddita queat magis proportionata, quam fit ipsa forma native virtutis proportionata, solum igitur eget specie impressa divine essentia, cum qua compleat integrum principium clarè visionis Dei. Negatur intellectus creati esse complementum principii elicitivum visionis Dei sine lumine, tenente se ex parte potentia, licet enim per illud non cõpleatur in ratione agentis vitalis, quia lumen non est virtus vitalis, compleatur tamen in ratione productivi, & agentis supernaturalis, quo supposito complemento in potentia adhuc eget alia cõcausa, nempe obiecto supernaturali aut aliquo ejus vices supplente ad eliciendam beatam visionem, & ratio est, quia actus cognitionis essentialiter est expressa repræsentatio obiecti, quæ ratione essentialiter debet effective recipere ab ipso met obiecto, sicut ratione vitalitatis a potentia vitali, & rationem supernaturalitatis ab agente supernaturali; semper ergo propter hanc rationem concursus obiecti requiritur, etiam si intellectus sit habitus luminis glorie. Urget Vasq. munus proprium speciei est coagere cum potentia, & eam determinare ad talem actionem, sed totum hoc habet lumen glorie, ergo lumen glorie ad visionem Dei concurrat, ut species. Resp. lumen, & speciem diverso modo determinate, species enim determinat ex parte obiecti, lumen verò ex parte potentia; & quando species determinat potentiam ad unam actionem circumdeterminatum obiectum, determinat repræsentandam, ut similitudo quædam obiecti, hoc est, uniendo se ipsa obiectum cum potentia, quatenus dicitur semen ejus; at lumen determinat potentiam elevando, ac perficiendo vires ejus, modo explicato, non verò supplendo vices obiecti, & ideo non tollitur necessitas concursus obiecti, aut speciei suppletis vices ejus (si hæc possibilis est in visione intuitiva) per hoc, quod intellectus supponatur elevatus luminis glorie.

Sed adhuc instat Smiung. habitus luminis non est aliud, quam qualitas supernaturalis cum intellectu exprimens noticiam Dei intuitivam, sed talis qualitas est species impressa, ergo habitus luminis non est aliud, quam species impressa. Respondetur, hoc argumento pariter probare, quem libet habitum intellectus, et eo coefficientem noticiam alicujus obiecti esse specie talis obiecti, quod tamen constat esse falsum; ut ergo qualitas cum intellectu, quod tamen constat esse falsum, ergo qualitas cum intellectu exprimens noticiam alicujus obiecti dicitur eius species non debet exprimi, seu efficere noticiam ejus quomodo docuimus, sed ut similitudo quædam illius obiecti in esse intelligibili, quatenus asseret, virtualiter ipsum obiectum, ut semè eius sufficeret fecit dat potentia ad producendum noticiam; negatur autè in hoc sensu, lumen exprime noticiam Dei intuitivam, nimirum repræsentandam obiectum, & secundum potentiam, sed exprimit tantum elevandam, ac perficiendo vires potentie in ordine suo, modo jam explicato, dicitur, ab abstractione negatur, lumen glorie esse specie impressam, id est, enim lumen dicitur, quatenus nobis Deum manifestat, qui est gloria nostra, sed non manifestat formaliter, cum id sit officium visionis, ergo efficienter, quatenus est principium dicte visionis, tale autem est munus speciei impressæ in repræsentandam obiectum. Negatur assumptum, tum quia univèrsaliter loquendo nulla qualitas dari potest, quæ per modum speciei impressæ ad noticiam intuitivam alicujus obiecti concurrat; tum quia etiam si hæc admittetur respectu divine essentia, adhuc lumen glorie talis species non esset, sed quid ab ea diversum, quia se tenet ex

parte potentie, non ex parte objecti, & ad visionem concurrere, non quidem representando obiectum, ut ejus naturalis similitudo, sed elevando potentiam ipsam ad statum supernaturalem: ex quo munere adhuc recte appellatur lumen glorie, quatenus predicto modo intellectum elevat ad videndum Deum, qui est gloria nostra.

131 Rursum idem arguit Vasq. dif. 43. cap. 5. non potest talli principium aliquid necessarium ex natura rei ad operandum, si non est in effectu predicatum ratione cuius egat tali principio, sed in visione beata non potest dari peculiaris ratio ob quod ponit debet lumen glorie, si essentia concurrat peculiari concursu supernaturali objecti cu intellectu, ergo &c. Major probatur, quia ex predicatis ipsius rei producat debemus colligere necessitatem causarum ad eam concurrentium, etiam si ea practicata effectus non distinguuntur realiter, sed sint novi effectus individuati, & una res, ut patet in exemplo actus cognitionis, na visio v.g. albedinis habet, quod fit visio a visu, quod vero fit visio albi, habet a specie albi non a visu. Minor etiam probatur, quia visio Dei secundum omnem rationem, quam habet, sufficienter procederet ab essentia, & ab intellectu tanquam ab efficienti integro, & proprio; ergo superfluum esset aliud; probatur assumptum, quia visio habet rationem intellectiois, & hanc provenit ab intellectu, & rationem visionis Dei, & hanc oritur ab essentia divina; item rationem habet inonis intuitiva, & videns, & hanc est ab essentia divina, sicut effectus, si admittitur; quod vero hac visio fit supernaturalis, non requirit principium diversum, hoc enim habetur ab essentia supernaturaliter concurrente. Circa hoc argumentum Vasq. putant alii; majorem esse falsam, & docent, non esse necessarium, ut in effectu aliqua ratio respondeat cuilibet cause, ut Suarez lib. 2. de attributis negativis cap. 1. n. 1. & tom. 1. in 3. p. disp. 29. sec. 2. Salas tom. 1. in p. 2. tract. 2. disp. 5. sec. 3. in fine, & alii nonnulli; Verum aliud est dicere, quod non fit supernaturalis, ut in effectu aliqua ratio respondeat cuilibet cause; aliud vero, quod nulla sit formalitas in effectu respondens uni cause, que etiam non respondet alteri; sed singularis causis diversae formalitates respondere debeant; p. 1. nam quidem omnino negari non potest, nam si no est in effectu aliqua ratio respondens cuilibet cause, nulla esset necessitas illius cause, que nihil poneret in effectu, imo hoc esset signum evidens, eam causam non concurrere ad illum effectum; quatenus quando causa sunt partiales, tantum partialitate cause, totales vero totalitate effectus, itaut totus effectus respondeat utrique cause, tunc nulla formalitas in effectu assignari potest uni cause respondens, que non respondeat, quosq. alteri, ut patet de causa prima, & secunda ad eundem effectum concurrentibus, qui totus utriusque correspondet, & de Patre, & Matre, qui sunt partiales cause Filii, & tamen totus filius respondet utrique & hoc præsertim veritatem habet, quando effectus est unus, & indivisibilis, ita ut predicata ejus non sunt ab invicem realiter distincta, sicut in proposito est de visione, que est una, & simplex qualitas, in qua supradicta predicata realiter non distinguuntur, nec distinguendi sunt variis gradibus, quorum aliqui sunt ab intellectu, alii vero a concursu divine essentia per modum obiecti, si quidem tota visio est ab intellectu, & tota etiam ab obiecto, quandoquidem universaliter loquendo intellectus, & obiectum, licet sint cause partiales partialitate cause, quatenus ambe sunt inadæquate, sunt tamen ambe totales totalitate effectus, quia nulla pars potest in eo assignari, in quam insluit tantum obiectum, & non intellectus, aut e contra ut docet Scotus 1. d. 3. q. 7. sub P. & d. 17. G. & V. loquendo de influxu habitus, & potentia in eandem actum, & sic in proposito nostro tota visio est ab intellectu, & tota a concursu essentia divina, quod si cause illæ essent partiales, nec partialitate cause, sed etiam partialitate effectus, ut est quando una causa producit unam partem effectus, & alia aliam, quod pacto duo artifices eandem navim fabricantes dicuntur cause partiales illius navis, tunc utrique totus effectus non correspondet cuilibet cause, sed cum divisibilis supponatur, una pars, vel formalitas correspondet uni cause, & alia alteri, sed visio hoc posteriori modo ille cause sunt partiales, sive priori modo, semper necesse est, quod uno, vel altero modo cuilibet cause correspondeat aliqua ratio in effectu, quia ex predicatis ipsius effectus necessitatem causarum ejus colligere debemus, de quo videt dicta superius n. 78. atque idem illa major, ut in argumento proponitur, cum ejus probationem admitti debet.

132 Potius ergo alii negant minorem dicentes, posse lumen concurrere ex essentia, & intellectu, tanquam principii efficiens, & illi respondere peculiari ratione in effectu, id est, in ipsa visione, quia lumen potest respondere supernaturalitatem, itaut fit visio supernaturalis, etiam ratione luminis, ab essentia, vel ejus specie distincti; & probant, hoc esse necessarium, quia effectus est supernaturalis, & tamen intellectus respectu talis effectus est inproportionatus; ergo necessarium est principium elevans potentiam ad talem effectum; sed replicat Turrianus, visionem esse

supernaturalem, & intellectum esse potentiam naturalem, ex se insufficientem ad talem effectum, elevari tamen sufficienter per obiectum supernaturale concurrentes efficienter, vel per speciem impressam supernaturalem, si datur; & ad visionem supernaturalem non esse necessarium duplex principium supernaturale, sed unum sufficere elevans potentiam intellectivam, quam doctrinam supra n. 123. approbavimus. Respondet Fasol. Beccanus, & alii, debere intellectum compleri, & perferri in ordine suo, ut cum divina essentia concurrere possit ad visionem, non potest autem in ordine suo compleri, & elevari p. r. concursum obiecti, quia activitas obiecti est diversi ordinis, ergo non obstante peculiari essentia concursus adhuc completi debet per lumen glorie. Verum vel isti intelligunt, intellectum per lumen completi debere in ordine suo, quasi augeat ejus activitatem vitalem, & sic falsum est, in hoc sensu lumen compleri, & confortate potentiam; vel itaut potentiam elevat ad statum agentis supernaturalis, ut explicatum est n. 129. & in hoc sensu negant, necessarium esse lumen, quia ad supernaturalem visionem non est necessarium duplex principium supernaturale, sed unum adjunt, sufficere, quod in proposito erit essentia concurrentis speciali concursu per modum obiecti, vel per ejus speciem, si admittatur. Forte dices, ad supernaturalem sufficienter unum principium, quando illud fit tenet ex parte potentia, non tamen si se tenet ex parte obiecti, quia concursus obiecti, vel speciei ejus solum juvat ad determinandam potentiam ad tale obiectum. Sed denuo replicat Turrianus, quod si quis principium se tenens ex parte potentia elevat potentiam ad actum supernaturalem; ita principium, quod se tenet ex parte obiecti, elevat potest potentiam, quia determinat illam ad obiectum supernaturale, & supernaturalem effectum. Hac de causa, inquit Poncius dif. 4. n. 107. non ideo requirit aliquod auxilium ex parte potentia distinctum a specie, si datur, eo quod aliis si produceretur visio mediante concursu speciei non esset supernaturalis, sed quia putat, speciem Dei esse, tam excedentem intellectus capacitatem, ut non possit cum ipsa concurrere, nisi ipsismet alterius confortetur, & adjuvetur; nam si oculus se in se non posset aliquid colorem videre, casu, quod color ex se immediate cum ipso concurrere deberet, nisi adjuvetur, certe verisimile est, quod nec posset cum specie talis coloris concurrere absq. alio auxilio; ergo cum Deus ex se sit in ratione obiecti superet activitatem intellectus, ut non possit, nisi adjuvetur ex parte sua producere cum ipso visionem, debet dici, quod non possit etiam aliter concurrere cum specie impressa ipsius.

Hæc tamen responsio non placet, nam ut supra non semel dicitur, est, videndum Deum, & creatus dicitur de se inproportionatus ad videndum Deum, & vires incompletas habere in ordine suo ad beatam visionem, inquantum, p. r. presentiam talis obiecti cum solo concursu generali Dei sibi comparare non potest sicut aliorum obiectorum, atque ideo per lumen glorie dicitur compleri ejus activitatem, quatenus intellectu lumine percuso regulariter non deficit immediata Dei presentia, sed cum ipso sic elevat concurrat ad visionem efficiendam, eque sic perlustrato debetur divina presentia; ergo sufficere semel, quod intellectu creato se velit Deus libere offerere, & cu eo concurrere ad visionem beatam efficiendam; non videtur, cur intellectus nequeat cu ipsa immediate concurrere, & qua posteriori elevatione, aut confortatione indiget; sufficienter namq. ejus imbecillitas elevata, & confortata censetur per hoc solum, quod complacet Deus, se se illi aperire per modum obiecti libere moventis, cujus presentia propriis viribus, & ex cujuscumq. creatæ cause concursu adipisci non potest. Conf. quia intantum Deus dicitur superare in ratione obiecti activitatem intellectus creati, quatenus intellectus non est ita completus in ordine suo, ut a naturaliter debeat immediata Dei presentia, possitque ejus visionem cu solo generali concursu attingere; ergo eo ipso, quod sufficienter proponitur ei obiecti beatifici, vel inmediate in seipso, vel mediante specie, statim quoque intelligitur sufficienter elevari, & confortari, quantum sufficit ut possit cum elicere visionem beatam. Quare cum inquit Poncius, dif. 4. cit. n. 95 quod intellectus non habet sufficientem activitatem ad visionem, etiam si proponatur ipsi essentia divina, tam bene, & clarè quam possit, sed ulterius debet adjuvari per aliquod intrinsecum se tenens ex parte intellectus, quod dicitur lumen glorie; non est nec verè, nec Scotice dictum, quia de factis non eget lumine glorie, ut augeatur virtus vitalis, quia lumen vitale non est sed solum ut elevetur ad statum potentia supernaturalis, tunc enim connaturalis cum eo se elevat concurrere essentia divina, se manifestans ad efficiendam beatam visionem; supposito ergo, quod Deus in elicienda cum intellectu creato beata visio ne nolit hanc connaturaliter fervere, sed velit se se immedie cum intellectu nudo coniungere, sed velit se se immedie moventi ipsum, nullum videtur assignari posse impedimentum ex parte intellectus, cur cum eo concurrere nequeat, & beatam visionem elicere. Tum quia Poncius ipse disput. 4. nu. 97. ex eo

capite tenet cum ceteris Scottis, & cum communi posse intellectu elevari ad videndum Deum, sine lumine gloriae de potentia absoluta, quia non debet elevari alio modo, quam quatenus debet habere aliquid adjuvans ipsam ad producendam visionem, que est superioris ordinis ad ipsum hoc est supernaturalis, sitis autem inquit elevatur, & constituitur per ipsum Deum assistentem, & paratum concurrere, in actu primo, potens producere visionem, tam bene, quam per lumen intrinsecum, ergo falsum est, quod hoc dicebat nu. 92. quod si proponeretur intellectui essentia divina per modum obiecti, tam bene, & clarè, quam possit ulterius debeat adjuvari per aliquod intrinsecum, se tenens ex parte intellectus; hoc enim in tantum de facto est necessarium, quia regulariter essentia non proponitur intellectui clarè per modum obiecti, nisi peritus supponatur lumine glorie, sic enim connaturalis videtur, ei proponi; ac supponendo, quod ei absque lumine proponatur, tam bene, & clarè, quam possit inepsum proferri est dicere, quod visionem non eliceret, nisi ulterius adjuvaretur per aliquid intrinsecum, se tenens ex parte intellectus.

134 Respondendum est itaque, absolutè loquendo ad supernaturalem visionem duplex principium supernaturale, utique necessarium non esse, unde si sola essentia speciali concursu per modum obiecti concurreret cum intellectu lumine gloriae destitutum, adhuc visio diceretur supernaturale secundum substantiam, et constaret ex dictis nu. 103. Verum, quia ut dictum est nu. 100. visio beata duplici titulo, seu ex duplici capite modo dicitur supernaturale, primo ex parte potentia, que per lumen glorie constituitur in esse supernaturali, deinde ex parte obiecti, quod, quando causat visionem ex parte sua non naturaliter, sed supernaturaliter causat; ideo ad argumentum Vasquez sub n. 131. neganda est minor cum ejus probatione, quod scilicet in beata visione non possit dari peculiaris ratio, respondens luminis, si essentia concurrat supernaturale in ratione obiecti, si ve immediate per seipsum, si ve per speciem, nam ratio supernaturalitatis adhuc in eo casu luminis responderet, intellectu elevati ad statum agentis supernaturaliter fiat, ut docet statum beatificum, utrumque principium supernaturale postulat, tam scilicet concurrentes ad eam per modum obiecti, quam aliud concurrentes per modum potentia, quod elevat ad statum supernaturale, quamvis enim absolute loquendo adhuc visio diceretur supernaturale quoad substantiam, si fieret ab intellectu sine lumine cum solo speciali concursu essentia, supernaturale moventis illum, in ratione obiecti beatifici, quia adhuc non concurreret ut obiectum motivum, naturaliter hinc passo proportionatum, hoc tamen non ferret cum tanta connaturalitate, quanta sit modo, ut explicatum est nu. 162. Adhuc magis explicabitur q. seq. Et quidem frustrat nitor Turrianus, cum habet responsionem elidere, quia hæc non probatum non est, esse necessarium duplex principium supernaturale ad beatam visionem; etenim nos quoque fatemur supra nu. 103. & seq. ad hoc adduci non posse rationem necessariam, sed tantum probabilem, nempe ex connaturalitate status beatifici deductam, & alioqui fatemur, ut iam lumine glorie servari supernaturalitatem visionis ex peculiari concursu divine essentia supernaturaliter moventis, ac proinde absolute loquendo posse intellectum, sine lumine glorie Deum beatificè videre, si cum eo speciali concursu concurrere velit in ratione obiecti beatifici, ut q. seq. d. quintus negamus tamen de facto ita contingere.

135 Quintus dicendi modus est Vulpis nostri disp. 23. art. 7. nu. 15. ubi tanquam de mente Scoti asserit, lumen per modum habitus de facto necessarium esse propter duo, ut scilicet presentia Dei obiectiva fiat intellectui creato debita, & in ejus potestate constituta, atque etiam ut Deum intensius, ac perfectius videat; unde art. 8. nu. 8. conclusivè dicitur tantum esse munia luminis glorie; alterum est inservire intellectu, vel instrumentum supernaturale ex ordinatione divina, ut in ejus potestate sit presentia Dei obiectiva, ad simpliciter illud videndum necessariis requirit; alterum est physicè concurrere ad visionem intensiorem, ac perfectiorem attingendam; quam activitatem faciendi Deum præsentem intellectu beato tribuit hic Auctor luminis, non quidem in genere physico, si enim haberet rationem speciei impressæ, quod ipse quoque negat, sed in genere moris, ac veluti ex pacto, quod fecit Deus, ut statim ac intellectus fuerit lumine gloriae percusus, se illi manifestet Deus in ratione obiecti beatifici, que opinio recidit in eam Thomistarum, que docet, lumen requiri in ratione dispositionis, quasi materialis, ut divinum essentiam obiectivè uniat intellectui, cujus meminit Suarez lib. 2. de attributis neg. cap. 15. nu. 4. Hoc ipsum asserunt probat ibi quoad utramque partem; quoad primam quidem, quia ex hoc capite præcisè oritur impotentia creati intellectus ad videndum Deum naturaliter, quia nequit eum obiectivè præsentem naturaliter habere, cum sit obiectum voluntarium, & liberum; ac per lumen glorie fertur predicta

impotentia, si que obiectiva Dei presentia affertur, non in genere cause efficientis, cum obiectiva presentia Dei sit ipsamet Deus sua voluntate proxime paratus ad producendam sui visionem cum intellectu beati, & non effectus verè productus; ergo ex hac parte per modum instrumenti supernaturalis ponitur lumen ad videndum Deum necessarium, eò vel maxime, quia de ratione instrumenti non est proprie agere, sed inservire. Deinde probat etiam quoad alteram partem, quia communit opinio est, habitum in communi non modo constituitur in potentia, ut facilius, promptè, & expeditè operetur, verum etiam ut eam adjuvet ad perfectiorem, intensius agendum, quod in habitibus præsertim supernaturalibus negari minimè potest, ergo habitus luminis gloriae physice concurrere cum intellectu, si non ad simpliciter videndum, saltè ad videndum intensius & perfectius.

Hæc tamen opinio, neque in se vera est, neque de mente Scotti, nam ut q. præced. ostendimus præsertim de mente Doctoris à nu. 97. & seq. necessitas luminis glorie non fit tenet ex parte obiecti, ut nempe mediante illo habeatur presentia Dei obiectiva in potestate videns, sed ex parte potentia; ut ei proportionetur in ratione actus primi supernaturalis, unde Doctor 2. q. 3. qu. 2. in fine in ordine ad cognitionem Dei abstractivam hoc munus faciendi Deum obiectivè presentem tribuit speciei infusæ, que se tenet ex parte obiecti, & quol. 14. art. 2. in ordine ad cognitionem intuitivam qualis est beata visio, presentiam obiectivam esse in potestate videns refert ad solum Dei voluntatem, qui videtur, si vult, non videtur, si non vult, subdens, nec quicquam creatum, etiam si sit actum, esse posse causam hujus presentia. Respondet Vulpes art. 6. num. 12. lumen requirit propter obiectum, sed non ob aliquid ejus defectum, quia non fit de se actu intelligibile, quod sensu negat Doctor, esse necessarium ex parte obiecti, sed ob ejus per potentiam excessum, quatenus non est naturaliter motiva creati obiectiva, ideo que non est illi connaturalis obiectiva sui presentia, & per lumen fit de facto in ipsius potestate, ut attingit in visione beatam, neque ipse asserit, per lumen glorie affert intellectui beato presentiam Dei obiectivam in genere efficienti cause, quo pacto solet asseri presentia obiecti per speciem impressam, sed tantum per modum instrumenti supernaturalis, & in genere moris modo jam explicato. Hæc tamen evasio ex parte præclusa est supra nu. 119. eo quod beata visio non tam esse debeat in potestate videns, quam in potestate obiecti beatifici, se omnino immediate per suam voluntatem intellectu beato applicantis libere, & permanere, ergo nedum non per alioquem speciem, sed neque etiam per lumen, tanquam per morale instrumentum ex divina ordinatione se Deo applicat intellectui creato per modum beatifici obiecti; Tum quia Doctor 3. d. 14. q. 1. & 4. d. 49. q. 11. absolute negat, lumen se tenere ex parte obiecti, quia ex hoc capite potius ponenda esset species impressa, quam lumen, & ibi in solutione ad penultimum expressè ponit ejus necessitatem ex parte potentia, non tantum ad intensius, & perfectius videndum, sed etiam ad simpliciter videndum, cum inquit, intellectus creatum sine habitu luminis non habere potentiam proximam videndi Deum, sed remotam, cum habitu autem luminis habere propinquam; ergo de mente Scoti præsertim sine ullo fundamento fingitur hæc necessitas luminis ex parte obiecti, se tenens per modum instrumenti moralis, eò vel maxime, quod nullibi à Doctore, neque per umbram hæc moralis causalitas luminis fuerit insinuada. Dices, ex hoc ipso talem necessitatem luminis ex parte obiecti se tenentem immediate duci, quia per lumen glorie auferretur predicta intellectus impotentia, eique obiectiva Dei presentia affertur, quatenus posito lumine in intellectu creato, statim se Deus ei manifestat. Negatur confessio, etenim concurrat statim Deus ad eliciendam visionem cum intellectu lumine percuso, non quia presentiam obiectivam Dei præstet in genere physico, vel morali, sed quia repetit potentiam sibi proportionatam ob elevationem factam per lumen ad esse potentia, vel agentis supernaturalis, adeo quod tota necessitas luminis se tenet ex parte potentia, & nullo modo ex parte obiecti.

Deinde secundum commune Doctorem, lumen glorie ponitur regulariter, & de facto attingere, visionem beatam, nedum quoad gradum intensiois, sed etiam quoad substantiam, quatenus beata visio quoad suam substantiam, ea ratione, qua supernaturalis est, petit produci partialiter à lumine glorie, simul cum intellectu in genere physico, & cause efficientis; ergo malè tribuitur ei causalitas tantum moralis, & per modum instrumenti ex ordinatione divina, & solum in genere physico ad intensius & perfectius videndum. Tum quia Doctor 4. d. 6. q. 19. habitum supernaturalem, qualis est lumen gloriae, in hoc præsertim à naturali distinguat, quod hic solum datur ad figendum, id est, faciendus, & intensius, ille vero ad simpliciter agendum, id est, supernaturaliter, quatenus est, principium, quo simpliciter

ter postquam in actionem supernaturalem, & potentias nostras constituit in actu primo supernaturali ad actiones supernaturales exercendas, ergo lumen in genere physico non tantum concurrat ad agendum, sed ad simpliciter agendum supernaturaliter, quatenus actus secundus presupponit actum primum proportionatum, & actio supernaturalis presupponit potentiam in actu supernaturali constitutam. ut modo conaturali agere dicitur, ut supra ex Scoto pluribus in locis notavimus n. 100. Tum quia objectum ipsum est, quod voluntarie se exhibet potentie videnti, & se sub nostra facultate constituit; ergo id non facit lumen, neq. in genere physico per modum speciei impressa, neque in genere moris per modum instrumenti moralis; probatur assumptum, quia nec intellectus lumine per se habet in sui facultate, ut attingat objectum, nisi Deus velit; ergo lumen non est huius effectus instrumentum. Dices, tunc Deus vult videri, cum prebet lumen; ergo lumen constituit objectum sub facultate potentie. Negatur consequentia, in eo enim tantum sensu verum est antecedens, quatenus lumen signum est, quod intellectus est in potentia proxima ad videndum; & Deus paratus est videri, non autem, quia lumen constituit Deum videntem, vel ejus presentiam objectivam afferat, unde a priori verius diceretur, tunc Deum prebere lumen gloriae, quando vult videri, vel quia vult videri, ad quod potius lumen, vel luminis collatio sit effectus Dei, volentis se libere ostendere, quam presentia objectiva Dei sit effectus collati luminis in genere moris; itaque lumen est id, cum quo intellectus videt, non autem quo objectum se praebeat videnti, non enim ideo Deus vult videri, non quia praebeat lumen, quasi presentia Dei objectiva sit effectus luminis, tanquam instrumenti physici, vel moralis, sed potius contra ideo praebeat lumen, quia vult videri, elevando potentiam ad statum agentis supernaturalis.

137 Fundamentum in oppositum facile diluitur, negando minore quoad secundam partem, quae non probatur, siquidem auferretur ab intellectu creato impotentia, quam habet ad naturaliter videndum Deum, vel potius completur ejus potentia remota per lumen, non quia lumen praesertim presentiam Dei objectivam, sed quia potentia jam est elevata per lumen, & proxime disposita ad agendum. Dices, impotentia intellectus ad videndum Deum inde oritur, quia non est mobilis ab essentia motione naturali, ergo necessarium est lumen, ut moveatur, & sit presentia. Negatur consequentia, divina namque essentia creatur intellectum movere medio actu voluntatis, non autem medio lumine; imo cum Deus in se sit summa lux, non eger lumine, ut essentia ejus sit in nostra potestate quoad actum primum, sed tantum quoad actum secundum. Dices, posito lumine intellectus videt Deum sine lumine non videt; ergo minus luminis est ponere objectum sub nostra facultate, quam sine lumine. Negatur rursum consequentia, nam posito lumine Deum videt intellectus creatus, quia jam per lumen elevatus est ad statum supernaturalem, & sic actus primus jam est proportionatus ad actum secundum, non vero quia lumen praesertim objectivam Dei presentiam. Ad alterius partis asserti probationem gratis conceditur lumen concurrere in genere physico ad incrementum, perfectiuse videndum; negatur tamen adhuc non etiam concurrere ad simpliciter agendum supernaturaliter, hoc enim est proprium habitus supernaturalis, ut a naturali distinguitur, quod hic datur tantum ad sic agendum, ille vero ad simpliciter agendum supernaturaliter, quatenus est principium, quo simpliciter possumus in actionem supernaturalem.

ARTICULUS TERTIUS.

Communis opinio Thomistarum expenditur.

139 Sextus dicendi modus est plurium Thomistarum dicentium, lumen requiri, ut tribuat intellectui creato virtutem visivam simpliciter ex parte potentiae ad Deum videndum, & quidam incautius asserunt, lumen gloriae esse totam rationem, per quam intellectus producit visionem, quos refert Lusitanus, lib. 10. quest. 4. art. 2. & mordicus tenent Recentiores Thomistae p. 1. quest. 12. ubi Salmanticenses, Io: de S. Thoma, Nazarius, Alvarez lib. 7. de auxiliis disp. 64. Cabrera tom. 1. in 3. p. quest. 1. art. 1. disp. 6. & alii. Fundamentum praecipuum est, quia intellectus non insit in effectum supernaturalem per suam naturalem virtutem, ut potest illi proportionatum; ergo solum lumen est tota ratio agendi. Confirmatur quia intellectus non concurrat ad visionem, neque ut causa totalis, ut omnes concedunt; neque etiam ut partialis, fecus alius gradus visionis posset dari activitati naturali intellectus, & alius luminis.

Oppositum docet Scotus d. 49. q. 11. ad penultimum, ubi ait, creatum intellectum eandem virtutem, quam habet in patria, etiam habere in via ad videndum Deum, cum hoc tamen discrimine, quod in via est remota, & in patria est propinquum; & 1. d. 17. quest. 2. E. universaliter docet, nullum habitum,

sive acquiritur, sive infusus, sive intellectivum, sive appetitivum dare potentia simpliciter operari, hoc est vitaliter (alioquin in ordine ad operationem supernaturalem dici potest, habitus supernaturalis dare potentia operari simpliciter in tali ordine, scilicet supernaturaliter, ut mox dicebamus) sed tantum sic operari, id est interioribus, & perfectius; si enim esset id, quo quis posset simpliciter operari, tunc esset potentia vitalis, quae simpliciter, & per se primo possumus; unde in proposito si lumen glorie intellectui preberet visivam virtutem videndi Deum, tunc lumen diceretur potentia intellectiva, qua beatus Deum videret, cum esset id, quo simpliciter, & totaliter videret; sic passim docent Scotistae Vulpes disp. 23. art. 8. Schemma post. tit. 32. quest. 6. Poncius disp. 4. quest. 10. n. 80. ac Recentiores extra scilicet D. Thom. Suarez lib. 2. de attributis cap. 9. Vasquez p. 1. disp. 43. cap. 4. Turrianus disp. 2. dub. 1. Arriaga disp. 7. sec. 2. Lusitanus, loc. cit. Averfa quest. 12. sec. 20. Ovidius in p. 2. controvers. 8. ubi fuso, & solide de hoc puncto agit contra Thomistas; adeo quod communis sententia est, lumen non esse totum, nec solum rationem agendi, & producendum visionem, & quod de lumine asserimus in proposito in ordine ad beatam visionem, hoc idem dicendum erit de habitibus, & donis supernaturalibus, & auxiliis respectu potentiarum, & in ordine ad suos actus; sicut et contra Thomistae hoc asserunt de lumine glorie consequenter extendunt ad omnes alios habitus infusos, afferentes, esse totam rationem agendi potentiam, seu producendum actus supernaturalem, & ad hos non concurrere potentias vitales, ut causas partiales, & inadequatas proximae, & formaliter, sed tantum radicaliter, & remote; & quamvis id sufficienter probatum sit contra Thomistas disp. 7. Phys. q. 6. art. 5. ad nu. 126. libet tamen rem hic ulterius prosequi.

140 Probatu evidenter, nam vel Thomistae concedunt, intellectum actu infusere in visionem, vel non, hoc secundum manifeste negant refutantes, qui asserunt, intellectum passivum tantum concurrere, si primum, ergo virtus intellectus vere cum lumine concurrat, itaque ideo lumen non est sola, & tota ratio producendi visionem. Conf. quia lumen nequit dici tota ratio agendi, sicut calor dicitur tota ratio calefaciendi aquae, cui insidet, siquidem aqua solum ad hoc concurrat, passivum sustentando calorem, unde si in hoc sensu duntaxat concurreret intellectus ad beatam visionem, solum passivum se haberet ad eam; ergo licet lumen elevat intellectum, hoc tamen non impedit, quo minus intellectus active concurrere dicatur propria virtute innata, qua in dicenda sit naturalis, vel obedientialis, ex insititudo infra dicemus; probatur haec consequentia, quia quando dicitur, & ab omnibus conceditur, intellectum non agere ad visionem, nisi ut supernaturally elevatum per lumen, potest haec propositio duplicem habere sensum, vel quod tota ratio agendi, seu virtus, qua agit, sit lumen, quod elevat, ut Thomistae intelligunt, & in hoc sensu est falsa, quia lumen non est potentia vitalis, neque intellectiva potentia; quia nequit esse tota ratio agendi, quia ad rationem intellectus non necessariam principium est ipse quoque intellectus; alter sensus est, quod non possit agere, nec producere visionem, nisi elevetur per aliud principium supernaturale secum concursans; & in hoc sensu vera est propositio; sed hinc minime sequitur, quod intellectus quoque non concurrat ad visionem per propriam virtutem, non quidem nudum, & solitarie sumptam, sed ut elevatam per aliud principium supernaturale secum concursans. Neque; supernaturalitas visionis obstat, quo minus causa aliqua naturalis concurrat ad ipsam, dummodo eam hac causa naturali concurrat alia supernaturalis; nam supernaturalitas visionis non necessario petit omne principium supernaturale, hoc enim non est de ratione entis supernaturalis, sed solum de ratione ejus est, quod produci non possit, absq. principio supernaturali, sive ad illud concurrat aliud principium, quod est naturale, sive non.

Neque Thom. vim argumenti declinat dicendo, lumen esse principium, ut quo, & ut forma; intellectum vero, ut quod. Nam rursus argumentum urgeo, vel enim id ita intelligitur, ut lumen solum fiat totale, & integrum principium agendi, sicut cum aqua calefacit, dicitur calor integrum, & totale calefaciendi principium, & hoc dici nequit; quia tunc intellectus se haberet mere passivum, & ad visionem concurreret, ut inanimata quoddam; vel ita intelligitur, ut non solum lumen, sed etiam intellectus vere influat, ut principium simul cum lumine visionem efficiens; & in hoc sensu verum est, sed hinc non sequitur, lumen esse integram agendi rationem. Confirmatur, nam esse principium, ut quod, quatenus conditionatum est principio, ut quo, vel importat, tantum esse principium mere denominative, seu subiectum denominationis, quo sensu dicitur, actiones esse suppositorum, quatenus suppositum denominatur agens ab actione, quae tamen adaequata sola natura procedit, nec a substantia attingitur; vel importat aliquam plus;

plus, si primum, ergo intellectus te ipsa non influit in visionem nec ullo modo physice est principium ipsius, sed tantum denominative operans ab actione, quam sustentat, ad nullo modo attingit, cum adaequatur procedere dicitur ab habitu luminis; si secundum, plane hoc aliquid plus nisi ultra importare potest, nisi visionem physice, & immediate ab intellectu quoque procedere. Dices, intellectum influere materialiter, seu per modum principii materialis, non formaliter, & per modum principii formalis. Contra si per concursum hunc materialem intellectus ad visionem intelligit solum receptionem habitus luminis quo mediante denominatur agens, eo proximo modo, quo aqua sustentando calorem dicitur calefaciens, tunc plane ab intellectu excluditur omnis actus influxus, nam influere active materialiter est implicancia in terminis; si vero intelligas intellectum esse subiectum luminis, & vi illius constituitur ultimo, & complete in actu primo ad operandum supernaturally, eo ipso quod est subiectum sui principii supernaturalis, hoc utique verum est, at id non obstat, quo minus postquam materialem influxum exerecit intellectus recipiendi in se lumen, postea simul cum eo integrando unum totale principium influat active in visionem, per influxum formalem efficiendum.

142 Dices, ad visionem concurrere, vel non, in genere cause materialis recipiendo, & sustentando habitum supernaturalem, sed etiam efficientis, non tamen proximae, & formaliter, sed tantum radicaliter, & remote, & per hoc sufficienter salvati, & activitate intellectus in ordine ad visionem, & vitalitatem ipsius actionis. Contra ostendo neutrum salvati, non quidem activitatem intellectus, qui vel haec remota activitas, & efficientia est talis, ut excludat omnem dependentiam proximam visionis ab intellectu; & in hoc sensu verum, & proprie non erit causa efficiens remota, quasi sit radicalis, & remotum visum principium, quomodo, quod est causa cause, est etiam causata causa; siquidem intellectus non influit active in lumen, quod ponitur integrum principium proximae, & immediate visum elicitive, vel haec activitas remote tribuit intellectus, quia proximae, & adaequatur procedit visio ad lumen, & quia lumen intellectui inhaeret, hoc pacto remote etiam intellectui haec efficientia tribuitur; & in hoc etiam sensu nullo modo salvatur activitas intellectus, sic enim non magis proprie diceretur intellectus Deum videre, ac visionem produceret, quam aqua calefacere per calorem receptum; vel tandem ex eo tantum dicitur intellectus principium remotum visum, quod requiritur ad influendum concursantem, & elevationem principii supernaturalis, & in hoc sensu utique verum est, sed hoc minime tollit influxum proximam, & immediatam, de quo agimus, siquidem haec duo unum totale, ac integrum constitutur postea visum principium, ad quo haec proximae, & immediate fluat; & hoc eodem modo probatur, dependentiam remotam visum ab intellectu, si in primo, vel secundo sensu explicetur, non sufficere ad salvandum, ejus vitalitatem. Dices, neque etiam in tertio sensu explicando dependentiam visum ab intellectu, dici posse, quod immediate, & proximae in ipsam influat, quia potentia naturalis non est in actu primo sufficienter constituta in ordine ad actum supernaturalem, quousque principium supernaturale elevetur; ergo inter ipsam nudam sumptam, & actum mediat elevatio; ergo non influit in actum supernaturalem, nisi mediate, & radicaliter. Negatur consequentia, quamvis enim verum sit, potentiam naturalem non esse sufficientem in actu primo constitutam in ordine ad actus supernaturales, quoque principium supernaturale elevatur, & in hoc sensu verum sit, inter potentiam naturalem, & actionem supernaturalem mediare elevationem; hoc tamen non obstat, quo minus cum iam est elevata per principium supernaturale, immediate ad actum supernaturalem non concurrat, quatenus totale principium, ad quo proximae, & adaequatur indivisibiliter procedit actio supernaturalis.

143 Et quoniam dum agitur Th. habitus infusus esse totam rationem agendi, seu producendum actus supernaturales, & negant, ad hos concurrere potentias vitales, ut causas partiales inadequatas proximae, & formaliter, haec tantum tertio sensu loquuntur, quatenus intendunt, solum haec potentias principii supernaturalis non elevatas nihil actum supernaturalem posse producerere, illasque tantum vocant principia radicalia, & remota, quia quousque illis extrinsecis adveniant principia supernaturalia, nihil supernaturalem actum valent producerere, nec sunt in actu primo ad illum producendum, haec de causa quampures doctissimi viri censent, itam haec contentionem Thom. nobiscum non esse, nisi de nomine, imo Ovidius loco citato n. 11. audacter ait, nullum Thom. res ipsa negasse, sed tantum voce tenens, actus vitales immediate fluere ad potentias vitales, & ab habitibus, & auxiliis supernaturalibus tanquam ab uno principio adaequato indivisibiliter influente in totam entitatem actus vitalis supernaturalis; quod ibi probat, addu-

endo verba praecipuorum Thom. qui mordicus praesertim hoc visum sunt negare; Et plane hoc ab ullo Catholico non videtur posse negari, quia habitus charitatis in via, licet cum voluntate ad actum supernaturalem concurrat, tamen dici nequit, ipsum solum esse integrum agendi principium, quoniam in actus ille est liber in via, atque ideo a voluntate proximae, & immediate debet dependere; siquidem libertas non est circa receptionem, sed circa actionem, itaut potentia operetur cum indifferencia ad agendum, & non agendum. Tum quia Concil. Trid. sess. 6. can. 4. definit, liberum arbitrium a Deo motum, & excitatum non se habere mere passivum, sed agere; ergo non solum operatur habitus infusus, alioquin voluntas mere passivae se haberet. Dices, non mere passivae se haberet, quia radicaliter, & remote influat in actum habitus habitibus. Contra, quia voluntas respectu habitus infusi mere passivae se habet, physice enim illum non producit; ergo si in actus ab habitu procedentes non influat active proximae, & immediate, neque etiam influat mediis habitibus, quia voluntas active non producit habitus infusos; probatur consequentia, quia quod non est causa cause immediate, nec etiam mediate dici potest causati causa, id est, quod non producit principium immediate influens in aliquem effectum, neque etiam mediate, seu mediante tali principio dici potest influere in ealem effectum.

Denique potentia vitales adjuta, & elevata principii supernaturalibus per suasmet entitates, ut realiter conditiones à principii supernaturalibus, quibus elevarunt, immediate influant in actus supernaturales, manifeste convincunt apertissima Scriptura, & Patrum testimonia, quorum praecipuum est illud Pauli 1. ad Corinth. 15. abundantius illis omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum, quibus verbis expressis docere non poterat concurrere actum liberi arbitrii cum gratia in actum supernaturalem, & in hunc finem haec ipsa Apostoli verba explicat Bernardus de gratia, & libero arbitrio circa finem dicens, maluit dicere mecum, per lumen, se non solum operis esse ministrum per effectum, sed operantis, quodammodo socium per consensum, & Augustinus de gratia, & libero arbitrio c. 5. post medium, non ego autem, sed gratia Dei mecum, ac per hoc, nec gratia Dei sola, nec ipse solus, sed gratia Dei cum illo; quae testimonia, & alia quampures alioquin adducta à Ripalda tom. 1. de ente supernaturali disp. 20. à sec. 3. usque ad 3. contra Thomistas afferentes, habitus infusus esse rationem integram, & totalem agendi, adeo clara sunt, & obvia, ut nemo sibi persuadere possit, doctissimos Thom. haec res ipsa voluisse negare, esto ardore disputationis accendi intercursum verbis id negare videantur; etenim ex iis recte eorum dicitur perpendantur, dum dicunt, potentias vitales non esse principia proximae, & formalia, sed tantum remota, & radicalia actus supernaturalium, habitusque infusus esse totam rationem agendi, & illos producendi, plane nihil aliud volunt, quam potentias naturales sine principio supernaturale elevatas, non esse in actu primo proximo ad operationem, quod utique verissimum est, & à nemine in dubium revocatur; ob id tamen non recte dicitur à Thomistis, quod habitus infusus sit tota ratio agendi; nam ratio agendi illa dicitur, à qua tanquam à principio influente, & tanquam à virtute procedit effectus, sed actus supernaturalis non solum à principio supernaturali elevante procedit, sed etiam à principio naturali elevalo; ergo ratio agendi non solum est principium supernaturale elevans, sed etiam principium naturale elevatum. Dices, principium elevans se habet, tanquam forma in ordine ad constituendum actum primum adaequatum, & totale actus supernaturalis productivum, & potentiam naturalem, se habere, tanquam materiam; ergo habitus infusus dici potest, ac debet tota ratio agendi. Negatur consequentia, etenim ex vi antecedentium ad summum sequitur, quod principium elevans dici possit tota ratio formalis constitutiva principii adaequati, non vero tota ratio elicitive actionis, itaque ob rationem dictam solum in aliquo sensu verè dici poterit, principium supernaturale elevans tota ratio formalis hoc est, tota forma constitutiva principii adaequati elicitive actus supernaturalis, seu actus primi proximae, & adaequatur potentis elicere actionem supernaturalem, non tamen poterit dici, quod principium supernaturale elevans sit tota ratio formalis elicitive actus supernaturalis, quia ratio formalis elicitive, seu principium elicentis non solum est id, quod in ordine ad constituendum actum primum se habet tanquam forma, sed totum illud, quod procedit actio, in quo includitur id, quod per modum materiae complebilis, & per modum formae completissimae includit actum primum totalem, & adaequatum, ut optime notavit Ovidius, cit. numer. 44. quod totum explicari potest exemplo visionis corporeae, quae ex 2. de anima dicitur esse totius conjuncti ex anima, quae habet rationem formae, & organo oculi, quod habet rationem materiae, nam respectu illius actionis, tam materia, quam forma sunt principia formalissima activa, & per influ-

se connaturali intellectu lumine informato, aliud esse natu-
ralem; hoc secundum negant Scotus & Scotista, non vero pri-
mum, quandoquidem quantumvis intellectus sit lumine peru-

152 Dices, iuxta nostram sententiam superius traditam, essentia
divina de facto duplici titulo effectivè cōcurrit ad visionē bea-
tam eliciendam, primò per influxum generalem, quatenus est

QUESTIO QUINTA.

An intellectus creatus possit divinam elevari ad beatam vi-
sionem producendam absque lumine gloria.

153 Diximus suprà q. 3. consonantius esse determinationi Cōci-
lii Viennensis admittere de facto in intellectu beato lumē
gloriæ, vel per modum habitus, & qualitatē permanentis, vel saltem

capio intrinsecè inherente supplete vias habitus, & activè ad
illum concurrere, & consequenter in proposito defendendū non
posse fieri visionem beatam sine lumine gloriæ habituali, aut

Opposita sententia communis est extrā scholam D. Th. quā
docuit Scotus 3. dist. 14. qu. 2. art. 2. & cum eo Scotistę omnes Li-
chet. & Tatar. ibid. Basiliosus 1. art. 1. Mairon. dist. 12. q. 2. Faber

ARTICULUS PRIMUS.

Sententia affirmans probabilior.

154 FUndamentum præcipuum hujus sententię, quò omnes ejus
sectatores utuntur, sumitur ex Scot. loc. cit. 3. dist. 14. quæst.
2. art. 2. §. prætereā. Quicquid potest Deus per causam efficiētē
mediā, potest etiam immediate, & se solo, quod est axioma
apud Theologos, & evidenter probatur, quia in hoc nedū nō
cernitur imperfectio, & implicātia, sed potius magna perfe-
ctio, & consequenter possibilitas; cum igitur lumē ex dictis nul-
lum influxum habeat in visionem, quā efficiēti, poterit Deus
consequenter supplere defectum ejus, & absque ipso visionem
cum intellectu producere. Adversarii ad solvendū hunc nodū
nituntur offendere, lumē glorię vel esse necessariū principii
actionis vitalis, qualis est visio, vel aliquo modo causam forma-
lem ejus. Quidam igitur conantur infirmate majorem dicere,
effectus ejus nequit suppleri à Deo. Sed in primis major illa ve-
ritatem habet etiam in effectibus vitalibus, undè Deus se solo
potest in intellectu, vel voluntate nostra sanctam cognitionem
infundere aut inspirationem, ut dicitur dist. 2. de anima n. 42.
Deinde falsum est lumē esse principium vitale, nam quavis
habitus, & species impressa dici possit virtus potentie vitalis,
ac per cōsequens vitalis, quasi in obliquo, non tamen est vitalis
in recto; & tantò minus dici potest potentia vitalis, quia non
percipit objectum, non est principium intrinsecum fluens ab
ipsa substantia viventis, aut saltem aptum ab ipsa fluere, quod
essentialiter requiritur ad potentiam vitalem, lumē vero est ab
extrinseco tantum intellectu infusum; quia omnis potentia
vitalis est passiva propria, vel innata facultas alicujus vice
substantialis, eique realter identificata præsertim in schola nostra
at lumē glorię nullius substantialis create passio connaturalis esse
potest, quare omnino improbabile, & commēticiū esse dicere,
lumē esse principium vitale in seipso, etiam cum potentia
vitali concurrat ad ejus operationem, sicut dicimus de cæteris
habitibus, quos tamen non ideò dicimus, esse vitales aut prin-
cipia vitalia, quod etiam ingenuè fateatur Lusitanus lib. 10. q. 3. art.
2. n. 27. etiam si oppositum tueatur partem, itaque revera ad actū
visionis eliciendum duplex causa conungitur, una vitalis, & al-
tera super naturalis; undè ratioe vitalitatis solūm sequitur
Deum nō posse per se supplere concursum causę vitales in prin-
cipiis Thomistarum, interim de alia causa, super naturalis non
vitali, qualem est lumē, major illa procedere debet.

156 Alii nuntur, vario modo explicare eam majorem, nempe
posse Deum quidem facere, se solo visionem, & universalliter
aliam omnem effectum, non tamen posse facere, ut alia causa
secunda efficiat sine principio, & sine forma efficiēdi, qualem
di-

Quaest. V. An absolute possit elici sine lumine. Art. I.

dicitur esse in proposito lumen gloriæ ad producendum visi-
onem, ita Ferraricis, Soto, & Bannes loc. cit. Explicat ali-
quid, posse Deum se solo quicquid potest cum causa secunda efficiē-
te per se loquendo, & nisi in aliqua materia speciali ex supple-
tione cause secunde repugnanti oriatur, ut eveniret in casu;
virtutem completam sine lumine inherente non habeat saltem
peracti ad eam visionem per modum instrumenti, & immediatè
elevati per assistentiam, & motionem principalis agentis; unde
etiam visio principaliter tribuatur Deo, & atque adeò magis ipse
Deus, quam intellectus creatus, diceretur illa visione videre.
Sed prima explicatio supponit falsam doctrinam, quæ præcedit,
rebutatam in sexto modo dicendi, quod lumen sit tota virtus
intellectus ad videndum, quod est falsum, nam intellectus quo-
que in suo ordine est principium intrinsecum visionis, cui
extrinsecè de facto ob eum incompletam virtutem superaddi-
tur aliud extrinsecum principium supernaturale, scilicet lumē
glorię, quare si intellectus videret sine lumine, non agere-
ret sine ullo principio intrinseco, sed solūm illud auxilium,
quod nunc habet à lumine per modum principii, haberet im-
mediatè à Deo per solūm concursum extrinsecum specialem.
Ex quo etiam patet falsitas alterius explanationis, quia falsum
est, intellectum concurrere per modum instrumenti, cum vir-
tutem suam incompletam, & partialem habeat in esse quieto,
& per eam vera attingat effectum productum; instrumentū
vero, vel non attingit effectum principalis agentis, vel si attingit,
non agit per virtutem habitam in esse quieto, sed in ipsa
motione actuali ab agente principali participatam, ut dictum
est in Pythia; & quando etiam poneretur visio totaliter, à solo
Deo producta, nullo modo concurrente intellectu activo, adhuc
non sequeretur, visionem denominare Deum videntem, sed
solūm intellectum, quia visio non denominat causam efficiē-
tem, sed recipientem, & habentū, ut notat Doct. l. 3. q. 7. E. & V.

157 Alii proinde concessa majori dicunt ad minorem, lumen
glorię ad visionem non tantum concurrere in genere causę
efficiēdis, sed etiam materiali, & dispositivè, ut non potest au-
tem Deum supplere causam materialem. Sed & hæc quoque res-
ponso falsam supponit doctrinam de materiali, & dispositivo
lumine concursu quo. præced. rejectam; & quando etiam talis
concurfus lumini tribuatur, adhuc falsum est, non posse à
Deo suppleri; cum enim dicitur Deum, causam materialem
esse à Deo infulgentem, hoc tantum intelligitur de causa
materiali intrinseca, quæ scilicet ingreditur compositionem,
& constitutionem totius, non autem de extrinseca, quæ solūm
concurrat, ut conditio, sine qua non ad introductionem, forma-
quam, nulla tamen censitur repugnanti in hoc, quod Deus uniat
formam subjunctam non habente dispositionem connaturaliter re-
quiritas, cum de potentia absolute possit in eodem subiecto
ponere formam etiam invicem contrarias. Lusitanus loc. cit. n.
124. respondet, posse Deum supplere effectum formę efficiē-
tis tantum, lumen vero esse formam, quia objectum manifesta-
tur, & effectum hunc formalem à Deo suppleri non posse; hanc
autem manifestationem objecti beatifici fieri à lumine in gene-
rante causę formalis inde suadet, quia omnis visio, & cognitio re-
quirit lumē, per quod objectum manifestetur, & cognitio re-
quiritur in omni visione, nam corporalis haberi nequit, nisi me-
dium perfundatur lumine, quod manifestet colorem, nec
principia prima cognoscunt, nisi illuminentur, nec intellectus
per lumen intelledus; nec conclusio, nisi illuminentur per lumen
principiorum, nec articuli, nisi per lumen fidei, & hæc illumi-
natio non fit effectivè, sed efficiendo aliquid, sed per forma-
lem aliquam illustrationem; ergo intellectus nequit videre
Deum, nisi prius illuminetur per lumen, quod illustrat non effi-
ciendo, sed formaliter illuminando, ut lumen, colorem.

158 Cæterum quicquid modo fit, an casualitas formę possit à
Deo suppleri, quantum enim posse à Deo suppleri, nonnulli opi-
nantur exemplantem de calore respectu ignis, cujus conse-
cratio dependet à calore, ut forma sua accidentaliter connaturali,
& tamen illum Deus absque calore conservare potest; quicquid,
inquam, sit de hoc puncto, falsum omnino est, lumen glorię
esse causam formalem manifestationis objecti beatifici, est enim
tantum causa efficiens partialis, nec lumen glorię dicitur tale,
quia aliud illuminat per modum formę, sed quia causa causę vi-
sionem, quæ vocatur lumen; nec aliter, nec alio modo etiam
ipsam corporalem lumen (si se tenet ex parte objecti, & non pot-
est ex parte medii, ut probabilis est) dici potest lumen obje-
cti, nisi effectivè, quatenus cum oculo concurrat ad producen-
dam objecti visionem; falsum insuper est, omnem visionem,
& cognitionem tam sensibilem, quā intelligibilem requirere
lumen prævium, per quod manifestetur objectum; quamvis
enim oculi ex sua peculiari ratione illuminationem præviā
possit, ut percipiat colores, tamen eam non requirit, ut vi-
deat ipsum lumen, unde posset retorquei argumentum, quia
lumen corporale, ut videatur, non requirit aliud lumen præ-

vium præter ipsam speciem, vel concursum efficiētis cum vi-
su; ergo cum Deus sit primum lumen per essentiam, non eget
alio lumine, ut manifestetur, cum sine illo possit de potentia
absoluta videri; & quando cognitio etiam alios objecti intelli-
gibilis requirit aliquam illuminationem præviā, aut lu-
men intellectuale, planè non pendet ab eo, nisi in genere cau-
sę efficiēdis, ut patet ex ipis exemplis illius inductionis; sic
enim prima principia cognoscuntur per lumen intellectuale, cō-
clusiones per lumen principiorum, & articuli per lumen fidei,
unde constat, totum illum discursum esse in falso possum. Et
planè proportio, quam putavit Lusitanus esse inter concursum
luminis glorię ad visionem beatam, & luminis corporali ad vi-
sionem ocularem, omnino falsæ nititur imaginationi, imagi-
natur enim, aliquam esse lucem, qua Deus prius illuminetur,
sicut color illuminatur à luce materiali, quod omnino inestru-
tum est, nam nequit explicari, quomodo lumen glorię, quod est
accidens intellectui inherens, talem effectum formalem illu-
minandi circa Deum exerceat, potius namque in hoc sensu de-
beret dici, intellectum illustrare, cui inheret, quā Deum;
re tamen vera lumen glorię effecti habitus, qui de se nihil illumi-
nat, sed tale dicitur, quia visio non causat; Hinc probe monet
Doctor 4. dist. 49. quæst. 11. H. quod illa proportio luminis
glorię cum lumine corporali in illuminatione objecti est
penitus metaphorica, quia objectum, quod de se est lux,
vel lucidum, non indiget alio lumine, ut videatur, & quāto
objectum est magis in se lux, tantò minus propter ipsum requi-
ritur de lumine.

159 Alterum nostræ sententię fundamentum est argumentum,
quod procedit in omnibus questionibus de potentia Dei absol-
uta, nulla repugnantiæ censitur in eo, quod actus supernatu-
ralis à potentia naturali procedat, & ab omnipotentia Dei per
concurfus specialem, supplete vias habitus supernaturales, &
cujuslibet alterius principii intrinsecum potentia naturalis
elevetur per omnipotentiam illi extrinsecè assistentem, & præ-
stantem concursum æquivalentem illi, qui præstatetur à prin-
cipio supernaturali intrinseco; ergo poterit actus supernatu-
ralis sic produci; probatur assumptum, excludendo præcipua
capita, unde Adversarii implicitam deducunt; Vel enim res-
pugnantiæ sumitur ex vitalitate actus, & hoc non, quia actus
visionis, quatenus vitalis, facti habet, si procedat à causa vi-
tali; & hoc salvatur, non minus cum concursu immediato Dei,
quā cum concursu luminis. Vel sumitur ex supernaturalitate,
& hoc non, quia effectus supernaturales, ut sic, facti habet,
si procedat à principio supernaturali; & hoc etiam salvatur in
proposito, quia hoc habeat actus ex eo, quod procedat ab
omnipotentia, non solūm concursu universali, sed specialiter
in illum influente; imò etiam de facto, quoniam visio supernatu-
ralitas attendatur etiam ex luminis concursu, adhuc magis prin-
cipialiter attenditur quoquā Deo, specialiter concurrente per mo-
dum objecti, cum magis superet Deus ipse in ratione objecti facti-
cultatem potentie intellectivæ, quā lumen glorię, quod est
agens creatum; Tūm quia etiam hic in via plures actus superna-
turales à nobis eliciuntur, ut credendi, sperandi, diligendi,
sine aliquo habitu, & cum solo Dei auxilio speciali; ergo etiam
in patria poterit elici actus visionis sine suo connaturali luminis
habitu, Deo illius concursum supplete. Nec refert, quod actus
vires supernaturales tantum secundum modum, non verò se-
cundum substantiam, sicut sunt actus præter. Nam etiam hoc
admitto, quod tamen plures negant, certum est, concursum
Dei immediatum non esse actionem minus supernaturalem,
quā concursus luminis glorię, quod est purum agens creatum
si ergo cōcurfus luminis glorię sufficit ad præstandam visioni
supernaturalitate secundum substantiam, tantò magis sufficiens
erit concursus Dei immediatus, & specialis. Rursus, vel repu-
gnantiæ sumitur ex eo, quod potentia naturalis esse se sit im-
proportionata ad supernaturalitatem; & hoc non, quia propor-
tionati poterit per principium extrinsecum, quod adjuvan-
tialiter potest, & suppleri defectus virtutis, qui in ea est, & per
concurfus specialem æquivalentem illi, quo adjuvatur à prin-
cipio supernaturali intrinseco, nam ut causa producat,
vel producere possit effectum partialem, opus non est,
quod habeat in seipsa rotam vim agendi, sed aliquam tantum,
per quam possit alterius causę confortio effectum attingere, ne-
que ex eo, quod non ipse solus agit per integrum virtutem, sed
simul cum extrinseca causa concurrente, dicendum est, visionem
non attingere, aut non attingere, ut supernaturalem saltem
specificativè, nam ut verè dicatur, eam attingere, sufficit, quod
adeam concurret per aliquam virtutem sibi intrinsecam, sicut
inchoatam, & completam, ut dicatur eam attingere, etiam, ut
supernaturalem specificativè, sufficit, ut conjunctim ad eam
coagat cum agente supernaturali, & increato scem specificati-
ter concurrere. Nec tandem refert, quod concussa superna-
turalis seum coagens esset et extrinseca, & assistens, non au-
tem intrinseca, & inherens, ut, modo est, lumen; quia in-